

ἀποδύμεντες Graci dicunt, abstergatq; valenter. Itaq; ad psoram accommodata est. Sed & urendi vim aliquam ha-
bet. Ea planta Graci γράφις ὄξυς, & ὄξυς ὄξυς nominatur: Latini, Staphis agria. Uva sylvestris, Herba pedicularis,
& pituitaria: Arabibus, Alheras, Habelras, Mutbazagi, sive Minbezegi: Italis ac officinis, Staphisaria, German. Stif-
mün; Hispanis, Fabara & Paparaz: Gallis, Estaphisagrie, & herbe aux pouls.

Staphis agria quæ nunc in Græcia φασφάνων, & ὀφόνων, granum pedicularium ab effectu dicitur.
Staphis agria, Matth. Trag. Fuch. Turn. Dod. gal. & fol. Gef. hor. Lon. Cast. Lugd. Cæs. Camer. Lob.
cui & Vitifolia, in iconibus, Pedicularis sive Phthiroctonon, Cordo in Dioscoridem.

Θαψία.

THAPSIA.

CAP. CLI.

Thapsia nomen ideo accepit, quod in Thapso ejusdem nominis insula, primum inventa sit. Tota ve-
rò natura ferulæ similis est: graciliore caule: foliis foeniculi: umbella anethi in cacumine à singulis
furculis erumpente: flore luteo: semen quale ferulæ: latiusculum, sed aliquanto minus: radix nigra, in-
tus candida, a longa, acris crassiore libro vestita. Succus extrahendi ratio hæc est. Facto in ambitu scrobe
cortices inciduntur, aut radix in fornacis speciem in se excavata cooperitur, quod merus succus confluat:
oporteret illuc sequenti die se conferre, & congestum succum extrahere. Tunditur etiam radix in pila, &

THAPSIA.



succus organo per qualium expressus, fœtili crasso in-
solatur. Aliqui folium unà terunt: sed invalidior hu-
jusmodi succis. Hoc autem interest, quoniam qui
ab radice manavit gravius olet, & humidus per manet:
è foliis autem extractus exiccatur, atque teredinum
injeriam sentit. Qui succum colligit, stare debet non
obversus vento: aut potius cum dies aprius est, & a
statu fileat: quoniam ob halitus acrimoniam facies ve-
hementer intumescit, nudaque corpora invadunt pu-
stulæ: ob id prius liquido cerato, & adstringente, nu-
das partes illinunt, & ita muniti accedunt. Tam cor-
tex radices, quàm succus purgandi vim habent, & la-
cteus succus in aqua mulsa potus: nam utrinque bilem
extrahunt. Radicis modus quaterni oboli cum tribus
seminis anethi drachmis: succi terni oboli: lactis, o-
bolus unus: quod eo amplius assumitur, periculosum
est. Hujusmodi purgatio convenit suspensiosis, & diu-
turnis laterum doloribus, rejectionibusque: datur in
cibus, aut obsonio, quibus difficile sit vomere. Tam
radix, quàm succus omnium maxime, quæ pares cum
eis vires adepta sunt, vim habent extractoriam ex al-
to, ubi ex imo aliquod evocandum est, aut meatuum
laxitas aliò transferenda est: unde succus illitione, aut
radix recens affricu alopecias explent. Radix, suc-
cusque cum æquis ceræ, thurisque portionibus, su-
gillata, livoresque tollunt: sed non plus binis horis
dimittantur: locus deinde aqua maris calida fovea-
tur. Vitia cutis in facie emendat, cum melle illitus
succus, lepras tollit: tubercula discutit, perunctus
cum sulphure. In diuturnis pulmonum, laterum, pe-
dum, articularumq; valetudinib. utiliter illinitur. Va-
let ad integendam colic glandem iis, qui natura, non

circumcisione curti sunt: tamorem enim excitat, qui pinguiu foru emollitus, præputii jacturam refarcit.

De thapsia viribus locutus est Theophrastus libro 9. cap. 22. de plantarum historia, ubi ita scribit: Thapsia radix vom-
toria est, & si quis continuit, tam superius, quàm inferius purgat. Ad hac livida tollere potest: suppuraciones ta-
men alias exalbidat facit. Succus ejus validior est, & quidem tam superius, quàm inferius purgat. Nullus seminis usus.
Nascitur tum alibi tum in terra Attica, in qua pecudes incolæam non tangunt, peregrinæ vero depascunt: & aut alvus
solvitur, aut intereunt: hæcenus Theophrastus. Thapsiam author est Plinius libro 13. cap. 22. à Nerone claritatem acce-
pisse, eique magnosui fuisse sui imperii initio, quod nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum
thapsia, thure. & cera sequenti die contra famam cutem synceram circumferret: etenim ea mirum in modum sugilla-
ta delet. Thapsia plurima nascitur in Apulia præsertim Gargano monte, inter complures ferulacei generis plantas. Prove-
nit & in nostris maritimis locis adeo ferula ad similes, ut non facile, nisi à rei herbaria peritis, una ab altera dignoscatur.
Visitur etiam hodie in hortis ad spectaculum plantata, qua ratione jam ferme omnibus innotuit in Italia. Caterum
non desunt impostores, qui Thapsia radicum cortices pro Turpeto venditent: quæ quidem à peritis seplasiariis in ea medi-
camenta jure optimo addi possunt, quæ Thapsiam exposcunt: sed in Turpeti locum non sunt, meo judicio, recipiendæ.
Quapropter maxime in hoc (ut superius diximus in Tripolii commentatione) à Eufasio dissentimus, qui Turpetum à Me-
sue descriptum, nil aliud esse censet, quàm Thapsia radices. Thapsia vires memoria prædixit Galenus libro 6. simplicium
medicamentorum, sic inquit: Thapsia acrem habet, ac vehementer excalfacientem facultatem cum humiditate.
Quamobrem ex alto violenter extrahit. & ipsum quod extrahit, digerit. Verum plusculum ad ea efficienda tempus po-
stulat, ut quæ largè excrementitia humiditate impleta est, ob quam celeriter corrumpitur. Et libro primo de compositio-
ne medicamentorum secundum locos, sic inquit: Qui Thapsia utitur, sciât opus est, maximam differentiam esse recen-
tis ad

Thapsia
vires ex
Gal.

C c c c

tis ad

Nomina. *tis ad vetustiore. Vis enim huius pharmaci post annum multum exolvitur, atq, amplius adhuc post duos annos, ausimq, ferè dicere eam penitus inutilem esse ad triennium progressam. Hac ut Gracè ἐνίστρα, ita etiam Latine & Italice Thapsia nominatur: Mauritani, Riantum, & Driz.*

† Hoc loco Graci codices habent ἐνίστρα, quod verbum Ruellius verterat hic, lac extrahitur: licet alibi, ut in panace Heracleo, idem vertat, succus excipitur. Nos verò, quòd ἐνός, à quo verbum illud defluxit, succum, liquorem, & lachrymam significet, malimus reddere, succus extrahitur. Neg, certè temerè, quòd non solum nobis conveniat cum Marcello interprete: sed quòd etiam arbitremur hanc esse germanam illius verbi significationem, atq, melius rem exprimere, de qua sermo est. Huius tamen mutat a nobis versionis lectorem admonendum esse duximus.

Thapsia caroræ folio, C. B. Thapsia, Matth. Lac. Lon. Cast. Lugd. Cæs. cui & Thurbit album Mesues, Thapsia major, Cordo in hist. Thapsia vera & Turbit montis Gargani, Ges. hor. Thapsia vulgaris & Turpetum griseum, Taber. Thapsia vulgaris Carotæ effigie, Lobelo.

ἐνίστρα.


SPARTIUM.

CAP. CLII.

Spartion frutex est longas ferens virgas, sine foliis, firmas, fractu contumaces, quibus vites vinciuntur: semen lenticulæ in folliculis phasiolorum modo nascens: florem, ut albæ violæ, luteum. Purgant per superna vehementer ellebori vice, citra pediculum flores, & semina quinis obolis in aqua mulsa pota. Semen dejectionem movet. Ramis in aqua maceratis, mox tufis, extractus succus, ischiadicis, & angina laborantibus auxiliatur, si cyathi modum jejuni bibant. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere ischiadicis clystere: strigmenta autem elicit cruenta.

I. SPARTIUM.

* II. SPARTIUM HISPAN. *



Spartii
confid.

Tanta nimirum inter Spartium, sive Spartum, & Genistam intercedit similitudo tum facie, tum etiam viribus, ut eorum affinitate deceptus jam crediderim omnino errasse eos, qui alterum ab altera secernerent: præsertim cum hac in re deprehendissimè Plinium dubitasse lib. 24. c. 9. ubi ita scriptum reliquit. Genista quoq, vinculi usum præstat. Flores apibus gratissimi. Dubito an hac sit, quam Graci aut hores Sparton appellaverit, cum ex ea lina piscatoria apud eos facilitari docuerim: & nunquid hanc designaverit Homerus, cum dixit: Navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Aphricanum, vel Hispanum Spartum in usu certum est: & cum sutiles fierent naves, lino tamen non sparto unquam sutas: hæc Plinius. Verum cum accuratius Dioscoridem perlegissem, hæc de re prius admonitus à clariss. medico Petro Cannizero Hispano, Serenissimi Ferdinandi Romanorum Regis Protophysico, qui in Hispania aridus & siccus loci copiosissimum Spartum, numerosamq, Genistam se vidisse testatus est comperi planè inter has plantas discrimen esse. Quippe quòd Spartium Dioscoridi frutex sit solius viduus: & floribus constet albæ violæ similibus. Genista verò folia proferat longiuscula, lini serè modo: & flores luteos, ipsi modo lunatos. Hinc itaq, factum est, ut nunc in eorum sententia consistam, qui Spartium à Genista differre existimant. Non tamen quòd diversi prorsus generis has plantas esse putem: nam tanta, ut dixi, unitas altera cognatio est, ut etsi non eadem sint, tamen congenites esse videantur. Sparti quidem usus (ut Plinius est author libro 19. cap. 2.) multa post secula ceptus est, nec antè Panorum arma, quæ primùm Hispania intulerunt. Herba & hæc sponte nascens, & quæ non queat feri: juncusq, propriè aridi soli, uni terre datovitio. Namq, id malum telluris est, nec aliud ibi feri, aut nasci potest. In Aphrica exiguum, & inutile gignitur. Charragenensis Hispania ceterioris portio

Spartum
& Geni-
sta diffe-
runt.

Sparti
u u: ex
Plinio.

30

40

50

60

portio, nec hac tota sed quatenus parit, montes quoque, Sparto operit. Hinc strata rusticis eorum: hinc ignes facesque, hinc calceamina: & pastorum vestes. Animalibus noxium, praterquam cacuminum teneritate. Ad reliquos usus laboriose elevatur: ocreatis cruribus, manibusque, tectis manicis: convolutum ossibus, ligneisque, conamentis. Vulsus fascibus in acervo adunatum biduo, tertio resolutum, spargitur in sole, siccatumque, & rursus in fascibus redit sub tecta. Postea maceratur aqua marina optime, sed & dulci, si marina desit, siccatumque, sole iterum rigatur, si repente urgeat desiderium, perfusum calida in solio, ac siccatum stans compendium opera fatetur. Hoc autem tunditur, ut fiat utile, precipue in aquis marique, invictum. In secco praeferunt & cannabi funes. At Spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sitim pensans. Est quidem ejus natura interpolis: rursusque, quam libeat vetustum novo miscetur. Veruntamen complectetur animo, qui volet miraculum assequi, quanto sit in usu omnibus terris navium armamentis, machinis edificationum, aliisque, desiderii vitae. Haec Genista de Sparto Plinius. Ceterum GENISTAE in Hetruria adeo frequentissima proveniunt, ut Majo, & Junio mensibus confid.

III. GENISTA.

* IV. GENISTA ANGULOSA. *



magnum & jucundum spectaculum praebeant viatoribus, quoniam tam copiose suis speciosis, ac fulgentibus floribus ornantur, & vestiuntur colles, ut procul aures videantur. Gaudet earum floribus apes, ut Plinius inquit, proinde alveariis circumferuntur. Genista nobis ligandis vitibus salicis vicem explet, maceraturque, etiam cannabis modo, sumiturque, inde funes, & rudia linteamina, qua conficiendis saccis aptissima sunt. Expetitur Genista lignum etiam figulis qui in Italia id vasorum fictilium genus conficiunt, quod vulgo de majolica vocant: quippe quod (ut ipsi affirmant) nullo alterius arboris ligno fornax succendi possit, quo aureus ille color conservetur in opere. Genistam recensuit Mesues inter sua simplicia de je-
 50 roria facultatis, ubi hac ad sensum scribit: Genista arbor est montana, e cujus caudice quam plurima funduntur virge, recta, flexiles, fractu contumaces, quibus vites, & alia ligantur. Flores edit flavos, lunari figura: e quibus filiqua prode-
 unt, ervi magnitudine: & semina in eis lenti similia, intervallis distincta. Plantae tota perturbat, provocat, incidit, attenuat, Obeit cordi, & ventriculo. Sed tollitur noxa (ut Philagrius est author) addito rhodomelle, aut rosa, & mastiche: quin
 60 & anisi, dauci, & foeniculi semine. Eporum semen pituitam utrinque, valentissime purgat, & ab articulis quoque humores trahit. Renum excrementa pellit, urinam cit efficacissime, & calculos disrumpit, tam in renibus quam in vesica: nec in his materias figi & in calculum durescere sinit. Flores contriti strumas auferunt, si cum melle rosaceo, aut sorbili ovo devorentur. Fit ex iis oxymel, cujus usu indurati lienes resolvuntur. Prosunt ischiadicis, podagricis calculosisque, si postquam illos sumpserint, subinde frequenter evomant agri. Modus, praesertim floris, a drachmis duabus ad quinq; seminis vero a drachmis duabus ad quatuor: hac Mesues. Qui tamen Genista semen non recte observasse videtur: quandoquidem id ervi, vel vicia faciem potius referat, quam lentis. Sparti, ut jam ad ejus vires redeamus, meminit Galenus lib. 8. simpl. med. his
 paucis verbis: Sparti, quo & vites apud nos alligant, tum semen, tum virgarum succus non instrenue trabentis est fa-
 cultatis. Quod Graeci σπάρτιον, Latini item Spartium, & Spartum dicunt, Itali, Spartio: Germani, Psrimmen: Hispani, Spartio: Gallis, Genest d' Espagne. Quae vero Latinis Genista, Italia Genestra vocatur: Hispanis quoque, Genestra, Giesta, & Giesteira: Germanis Ginst: Gallis, Geneste.

Sparti & Genistae figuras duas adposuimus, quarum prima & tertia est Matthioli, altera vero & quarta illarum loco a Camerario in suo Matthiolo posita. I. Spartium, Matth. Lac. Lon. Lugdun. Spartum, Turn. Fuch. Dod. gal. Spartium Hispanicum, Tab. II. Spartium Hisp. C. B. Spartium primum, Clus. hist. Hisp. Spartium Hisp. alterum flore luteo, Lob. Lugd. Spartium Hispanicum quartum, Taber. Spartum frutex

Cccc 2

Genistae
descri-
ptio, & vi-
res ex
Mesue.Sparti vi-
res ex
Gal.

Nomina.

frutex majus, Dod. in fol. Spartium, Camerario in suo Matthiolo. III. Genista juncea longifolia, C.B. Genista, Matth. Turn. Cast. Genista juncea, Cordo in hist. Gef. hor. Genista Italica, Dod. fol. Genista altera junco rotundo, Cæsalp. Genista transalpina sive Hispanica arborescens, Camer. Spartium alterum, Lacun. Spartium vel Spartum Gesner. hor. Clus. hist. Hispan. Spartium Diosc. Lob. Anguill. Spartium Hispanicum secundum & tertium, Tab. Spartium, Genista peregrina sive Africana, vulgò Italica, Cam. IV. Genista angulosa, C.B. Genista, Brunf. Fuch. Trag. Dod. gal. & fol. Cordo in Diosc. Tab. Camer. ad Matth. Genista major seu non aculeata, Lonic. Spartium, Turn. Spartium, Genista Scoparia vulgi, Lob. Genista Scoparia, eidem in icon. Genista quadrato junco, Cæf. Genista angulosa seu vulgaris, Lugdun.

Σιλυβον.

SILYBUM.

CAP. CLIII.

10

Silybon lata spina est, folia ferens chamæleonis albi. Hæc recens cum sale oleoq; cocta estur. Radicis succus drachmæ pondere potus vomitiones ciet.

Hæc non ex nostratantum, sed neq; ex aliorum quoq; inquisitione verum ac legitimum Silybum in Italia nobis licuit reperire. Et quamvis inter tot alias plantas aculeatas inibi nasci, & esse possit: tamen tam paucis ejus notas Nomina. explicavit Dioscorides, ut difficile admodum illud inventu judicem: neq; enim ipse, ut ingenuè fateor, quod ex illis sit, ausim decernere. Ut Græci σιλυβον, ita pariter Latini Silybum appellatur.

Βάλανος μωρβανός.

GLANS UNGUENTARIA.

CAP. CLIV.

20

Glans unguentaria fructus est arboris myricæ similis, magnitudine avellanæ nucis: cujus nucleus Amygdalarum amararum more tritus, humorem reddit: quo ad pretiosa unguenta pro oleo utuntur. Nascitur in Æthiopia, Ægypto, Arabia, & Petra oppido secus Judæam. Præfertur plena, recens, candida, quæ facile delibretur. Ea drachmæ pondere pota lienem absumit: cum lolii farina, & aqua mulsa podagricis illinitur. Psoras, leprasq; decocta in aceto: vitiligines, & nigras cicatrices cum nitro emendat: & cum lotio lentigines, varos, & papulas in facie, & cutis vitia tollit. Vomitiones movet, & alvum cum hydromelite resolvit: stomacho adversatur. Oleum, quod ab ea exprimitur, alvum potu ciet. Cortex ejus magis adstringit: verum tussæ, & expressæ succus abstergentibus medicamentis adjicitur, quæ adversus pruriginis, & scabritias idonea sunt.

I. LILAC.

Glandis
unguen-
taria
confid.Andree
Marii
Glans un-
guentaria.Ostryx
Theoph.

Albus, Jacobus Antonius Cortusius materia medica peritissimus: quinetiam literis mihi significavit hanc se credere esse plantam, quæ Theophrasto libro tertio, capite decimo, de plantarum historia OSTRYX appellatur. Hanc ex Aphricæ, ubi frequentissima provenit, sibi missam fuisse scribit, ubi vernaculo idiomate Scringa nuncupatur: quin etiam se plures in suo horto hujusce arboris alere plantas, ob florum suaveolentiam. Unguentarii, ac seplasiarii Mauritani- rum nomina secuti, eam Ben appellant. Forma hæc pistacia maximè refert, albo cortice, triquetra, si actus facili, nucleo intus conferto, & admodum pingui: ex quo oleum exprimitur, quod de Ben vocant. Magnificiunt id unguentarii, quod

30

40

50

60

* II. GLANS UNGUENTARIA. *



quod quamvis diu inveteratum, nunquam rancorem sentiat, ut etiam lib. 1. suo loco monuimus. Arabice familia authores (ut modò dictum est) unguentariam glandem Ben nominant. Ben. Proinde de ea inter sua soluentia simplicia scribens Mesues, in hunc sensum inquit: Ben duorum est generum. Majus est nuci avellanae magnitudine, triangulare. Minus verò ciceri simile. Utrique inest oleosa medulla, lenis, & alba. Praestat majus, quod noxa vacet: minus siquidem noxium est. Praestatur in majori genere, quod putamine sit albo, lavi, tenui: nucleo fragili, albo, oleosoq. Verustum recenti melius. In minori autem praecellit in cinereo albicans, fragile pariter, & pinguis. Dioscoridi tamen in majori genere (minoris enim meminit, quemadmodum nec Theoph. neq. Plin.) praestantius est recens, etsi contrarium asserat Mesues. Oleum ab unguentariis hoc tempore è nucleis tantum exprimitur, ut Dioscorides docuit, non autem, ut quidam existimant, ex putaminibus, quod dixerit Theophrastus, unguentarios putamine fructus confuso uti solere. Plinius, ut Theophrasti, & Dioscoridi sententiam comprobaret, unguentarios prodidit è putaminibus, medicos verò è medulla oleum elicere, quod hoc medicamentis, illud odoramentis usum praebeat. Veruntamen hac aetate (ut diximus) ab omnibus tantum è nucleis à putamine repurgatis exprimitur. Nec crediderim unquam, quod ex silis putaminibus

Oleum
Balan-
inum.

bus oleum effluere possit, quamvis diligentissime comprimantur, & confringantur praeo etiam gravissimo: quoniam hac putamina arida sunt, & omni prorsus humore carent. Illud quoque fidem non dubiam facere potest, quod hanc parandi olei rationem silentio prae-termisit Dioscorides, non modò in hoc loco, sed etiam libro primo, ubi tamen de oleis, & unguentis conscribendis latius disseruit. Cujus forte doctrina immemor Manardus Ferrariensis, vir alioqui nostra aetate celestis, dubitat in annotationibus, quas in Mesuem edidit, an Unguentaria glandis oleum è nucleo, an è putamine exprimi debeat, asserens quamquam in quibusdam Dioscoridis codicibus legitur, oleum hoc è nucleis exprimi debere, in aliquibus tamen nec nucleorum nec putaminum ullam fieri mentionem. Verum etsi ambigendi non defuerit occasio, praesertim ex Theophrasti testimonio, qui putaminibus uti unguentarios tradidit, aderat tamen gravissimus auctor Galenus, qui rem hanc abunde enucleavit, cum constanter asseveret, Balaninum oleum unguentariis ex carne nucleorum, non ex putaminibus exprimi. Id quod etiam facile ex Dioscoride colligi potest, cum dicat consimili modo fieri balaninum & amygdalinum: quod autem hoc ex amygdalarum nucleis fiat, nemo est qui dubitet. Hac sanè nobis non levi facit suspitionem, quod aut eo in loco Theophrasti exemplaria sint depravata, aut minus integri & veraces fuerint authores, à quibus fortassis unguentaria glandis historia accepit. His porro accedit huius olei communis usus, & ejus parandi ratio. Siquidem Balaninum oleum plurimi faciunt unguentariis, non quod aliqua odoris praestantia commendetur (modorum etenim est) sed quod nunquam vetustate rancorem contrahat, id scilicet quod è nucleorum medulla, non autem ex putaminibus conficiunt. Nam rancoris expertus cum sit, omnium aptissimum habetur ad odoratissima unguenta (misturas vocant) temperanda, quae ex moscho, zibetto, & ambaro, illinendis chirobecis, & aliis, quorum in deliciis, & lascivia omni est usus & gratia, parantur. Quandoquidem si hac alio quovis oleo liquecerent in unguentum, contracto inde non multo post tempore rancore (aetate enim omne oleum praeter Balaninum rancescit) non modò universam odoris suavitatem exuerent, sed etiam putida, fetidaq. evaderent. Quotiq. experimento apertissime dignoscitur, an oleum illud Balaninum fuerit, sed etiam putida, fetidaq. evaderent. Quotiq. experimento apertissime dignoscitur, an oleum illud Balaninum fuerit, quod ex unguentaria glandis nucleis fieri solet. Caterum de viribus Ben hac subjunxit Mesues. Majoris, inquit, generis fructus incidit, abstergit, attenuat, expurgat, & aperit: sed ventriculum subvertit, & viscera perturbat, ob excrementitiam, acremq. humiditatem, quam possidet. Minoris autem rursus longè reberentior, & magis periculosa: namq. adeo perturbat, agit atq. humores, ut saepius anima deliquium faciat, & frigidos sudores concitet. Proinde non in alios usus admittendus est quàm in unguenta, & cataplasmata. Majoris noxa demitur, cum igne torrescit: siquidem ignis calore exumprantem deperdit humiditatem, quae vomitionem movet, fitq. medicamentum tantum dejectorum. Decoquitur etiam cum anisi, & fœniculi semine: quoniam hoc modo prior noxa corrigitur. Tam in potu, quàm aliter sumptus, lentam crassamq. pituitam vomitu, & dejectione purgat. Ideoq. aptissimum medicamentum est coli cruciatibus non modò haustus, sed etiam clysteribus infusus, praesertim ubi à flatu, & pituita ortum habuerint. Fit etiamnum ex contritis ipsis nucleis, polenta & melle admixtis, cataplasma ad strumas, durosq. tumores à modum utile, & ad nervorum morbos à frigiditate excitatos. Addito tantum melle: quo fit, ut convulsis resolutis, & contractis opem ferat non obscuram. Tollit praeterea ad jecinoris, & lienis infarctum duritiesq. si addita lupinorum farina & nardo emplastri modo imponatur. Nucleorum oleum vulnerum cicatrices attenuat, & delet: item lentigines, aliasq. cutis feditates emendat. Auribus infusus non modò doloribus levamentum praestat, sed & surditatem, & tinnitum curat. Glandis unguentaria vires memoria prodidit Galenus libro 6. simpl. medicamentorum, his verbis: Balanus myrsificus hoc est glans unguentaria, adfertur ex barbarica regione. Utuntur unguentarii carnis ejus succo, qui facultate calidus est. Reliquia autem, unde expressus est succus, terrestres scilicet, & dura, vincentem habent qualitatem amaram. Sed & admixta est quadam adstrictio. Proinde extergentem simul, & incidentem, contrahentemq. & stipantem effectum possident. Itaq. ad jonthos, lentigines, ephelin, & pruritum, deinde & ad psoram, & lepram conveniunt. Verum enimvero & lienem liquant, jecinorq. indurefcent. Quod si quis carnem ejus drachma pondere cum melicrato bibat, medicamen experietur vomitorium. Saepè etiam per infernam alvum largiter subducit. Itaq. cum hoc medicamento utimur, ad viscerum expurgationem, & maxime jecinoris, lienisq. ex oxycrato ipsum exhibere consuevimus. Gaudet verò vel maxime alioqui aceto ad extrinsecas actiones. Aded enim efficax efficitur, ut & psoras, & lepras extergeat, & multò etiam magis quàm his sunt minora, lentiginem, vitiliginem, jonthos, ephelin, exanthemata, achoras, tum ulcerosa, & qua crassi sunt succi omnia. Sed & cicatricibus decorem adfert. Porro quod cum illi-nenda est lieni, praestet admixtam esse farinarum quampiam exiccantiam, cujusmodi est erui, ac lolii farina, id jam potius ad componendorum medicaminum tractationem, haudquaquam ad praesens institutum pertinet: sed & in paratu

Manardi
dubium
solutum.

Glandis
unguen-
tariae vi-
res ex
Melue.

Glandis
unguen-
tariae vi-
res ex
Gal.

facilibus ipsum dicitur. Verum in prasens sufficit abstergentem, & incidentem cum adstrictione quapiam propositi medicaminis dixisse facultatem, ac sic ad aliud transgredi. Cortex tamen ejus admodum adstringit: itaq; eo possit quis ad ea uti, ad quae valida usus est adstrictione: haftenus Gal. Sed quoniam Balanus myrseica Mauritanorum Myrobolana nobis ad memoriam revocavit, quorum iidem quinq; faciunt genera, cum ea in medicamenta frequenter, & incommode veniant, nec eorum, quod extet, meminerint veteres Graeci, ideo nunc de iis nobis differendum est: neq; enim ob eorum usum silentio erant dissimulanda. Sunt itaq; ut diximus, MYROBOLANORUM genera quinq; nempe Flava, Chepula, Indica

Myroba-
lanorum
genera.

* MYROBOLANI CHEBUL. *

* MYROBOLANI INDI. *



sive nigra, Empelica, Bellerica: qua omnia facie inter se distant, ut etiam viribus. Quamobrem omnino censendum esse putaverim, ea a diversis produci arboribus: quanquam non desint, qui affirmant, flava simul, & chepula ex una & eadem arbore nasci, existimantes flava decerpi ab arbore immatura, chepula vero cum ultimam adeptam fuerint maturitatem. Verum cum horum fructuum ortus, & arbores nos prorsus lateant, non est quod illorum sententiam probare, aut refellere. ausim. Flavorum, Chepularum, atq; Indicorum arborum imagines excudi curat Andreas Marinus in suis in Mesuem annotationibus sed eas non libuit in hosce commentarios nostros transferre, ne quod censuerimus Marino id fortasse ingratum futurum, cum is non parvum plantarum nostrarum numerum in suum illud opus transplantaverit: sed quoniam ignoramus, an eadem genuina sint, an adulterina, & praesertim, quum Mauritanorum nullus habeatur aut hor, qui Myrobolanorum plantas descripserit. Recensentur genera omnia inter ea medicamenta, quae alvum citra noxam dejiciunt: nam et si purgatoria vi polleant, nulla tamen virium imbecillitate, aut molestia sumentes afficiunt, sed potius sua adstringenti facultate, quam possident, cor, jecur, & ventriculum roborant: quinetiam universum corpus. Id tantum illis noxa adscribunt, quod obstructions, & viscerum infarctus augeant: proinde ne obstructis exhibeantur precipiunt. Infranantur Myrobolanis medicamenta omnia, quae dejiciendo laborem inferunt: quo fit, ut utiliter admisceantur scammonio. In flavorum myrobolanorum genere ea ceteris praestant, quae in viridi plene flavescunt, ponderosa, farcta, gummosa, crassi corticis, & quibus paululum osiculum inest. E Chepulis ea probantur, quae ceteris crassiora sunt, colore nigro purpurascenti, cortice crasso, & quae in aquam adjecta fundum quam citissime petunt. Inter Indica excellunt, quae maxime nigricant, crassa, ponderosa, nullo intus osse, & quae contracta in unum compacta cernuntur. In Empelicorum classe laudantur, quae in majora, crassiora, densiora, ponderosiora, frusta dividuntur, & quae minus ossis, quam pulpa habent. Bellericorum vero illa in suo genere praesentantur, quibus crassities, densitas, gravitasq; non desit, & quibus crassius in universum sit cortex. Flava, Indica, Chepula, Bellerica reserantur ordine primo, siccantq; secundo Empelica vero primotantum tum refrig- rant, tum exiccant. Vim obstructoriam exuunt omnia genera, additis aperientibus, & urinam cientib; med. vel si macerata caprino sero, aut fumarie succo exhibeantur: vel si cum absinthio, aut agarico, aut rhabarbato hauriantur. Perfunduntur amygdalino, & sesamino oleo, ut contracta inde pinguedine, ventriculo non inbareant. Quin & id noxa pariter tollitur, ubi cum castia nigra medulla, aut manna, aut acidis palmulis devorentur. Ubi dejectione sit opus, eorum tantum dilutum praebent: ubi autem adstrictione in pulverem conterunt, & subinde propinant. Chepula quae saccharo condiuntur, magis roborant, quam dejiciant. Contrarium efficiunt, quae cruda siccataq; reponuntur. Myrobolana omne genus (ut Mesues est autor) eorum senectutem romorantur, qui ipsis frequenter utuntur: colorem faciunt elegantiores, corpori odorem jucundum conciliant, hilaritatem afferunt, & ventriculum, cor, & jecur roborant, conferunt hemorrhoidibus, & bilis fervorem reprimunt:

Myroba-
lanorum
vires.

* MYROBALANI CITRINI. *

* MYROBALANI BELLE-
rici recentes & ficci. *

* MYROBAL. EMBLICI. *



reprimunt: ad quod flava ceteris praeferant, ut quae privatim bilem detrahant: & eos peculiariter juvent, qui temperamen-
to calidi sunt. Eriantur cote ad oculorum collyria, cum urae acerba, aut rosarum aqua, aut feniculi succo, quod oculorum
inflammationes reprimant, lachrymas sistant, defluxionesq; cohibeant. Sanantur horum pulvere ulcera, addita lentisci-
na resina. Chepula pituitam exhauriunt, intellectum clarificant, & visum, praesertim saccharo asservata: ventriculum
tum mundant, tum confirmant. Dantur utiliter aqua intercutis affectis, & diuturnis febribus laborantibus. Nigra utranq;
bilem trahunt, praesertim exustam. Conferunt membrorum tremoribus, coloris nitorem conciliant, elephantiacos juvant,
40 meiores auferunt, & quartanam fugant. Empelica pituitam educant, cor, & cerebrum corroborant, intellectum augent,
ventriculum à pituita, alijsq; noxiis humoribus expurgant, ac etiam confirmant, ac sitim extinguunt, vomitiones cohi-
bent & cibi appetentiam invitant. Bellerica ea omnia possunt, quae & proximè dicta. Myrobalanorum inter recentiores
Gracos tantum, quod sciam, Actuarius meminit: qui tamen ea, quae de illis scripta reliquit, à Mauritanijs (ut ipse quoq; sa-
terius videtur) mutuatus est. Sed profectò nesciverim, quare ratione ductus inter ea medicamenta, quae vomitum eliciant, an-
yrobalana reposuerit, cum omnia eorum genera planè vomitiones compefant. Porro hodie ignorata videntur quae xevoo-
balana & Gracis vocatur, digerens, & roborans Indica nardi modo, ad colicos affectus, ventriculi ardores, & singultus à
Bellerica & Gracis vocatur, digerens, & roborans Indica nardi modo, ad colicos affectus, ventriculi ardores, & singultus à
Galeo Asclepiadis auctoritate commendata lib. 8. & 9. de compositione medicamentorum secundum locos: quoniam
non desunt è recentioribus, qui sibi persuadeant Chrysobalanum esse nucem myristicam: cum tamen plura sint, quae eorum
destruant sententiam, nempe cinereus color, acutus ori sapor, & quod myristica nuci nusquam meminerint veteres Graci.
50 Nullam huiusce quod legerim, mentionem fecit Galenus in libris simplicium medicamentorum. Id quod argumento esse
potest, Galenum ipsum non habuisse compertum, quid esset Chrysobalanus. Sed de his haecenus. Ceterum quandoquidem
Balanum myrsinica, quam ab Arabibus Ben appellari diximus, nobis in mentem redegit radices illas, quas officina Behen al-
bum, & rubeum vocant, ad cordis affectus us, ac etiam recentioribus expetitas, hunc locum non praetereundum esse duxi,
60 quin de his quoq; aliquid differerem, praesertim quod è Gracis non inveniatur, qui illa posteritatis memoria prodiderit. Sed
illud in primis animadvertendum est, quod communis usus radices, quas vulgò Behen nuncupant, ea quidem non sunt, de
quibus Mauritanijs scripsere: imò eas prorsus ementiuntur. Siquidem scribit Serapio, Behen radices proferre minoris passi-
naca similes, contortas, odoratas, & mansueltas & in Armenia nasci. Avicenna autem radicem lignosam frustis Behen
esse ait, in se contracta, & siccitate exoleta. At nostrates, quae in Italia, non in Armenia effodiuntur, nulla penitus odoris
suavitate commendantur, quin & mansa nullum ori lentorem reddunt, nec erratica pastinaca faciem repraesentant: cum
tamen Arabicum Behen radicibus adeo pastinacam referat, ut scripserit Haliabba clarissimus Mauritanijs author,
Behen & sylvestris pastinaca radices nullum inter se discrimen habere. Quo fit, ut nulla sese offerat nobis ratio, quae proba-
re possimus, Behen communis usus esse Arabum legitimum: quamvis & ipsi inter se hac in historia non parum dissentiant.
Nicolaus Myrsinica itemq; Actuarius Behen hermodactylum vocant, nescio tamen quare ratione, cum alia sit radix apud
Paulum, & Arabes hermodactylum. Behen adulterina, tam album, quam rubrum, passim in Italia proveniunt. Hoc enim
plantae radicem esse scimus, quam superius libro tertio limonium fecimus, illud verò, alterius plantae, cuius vires haecenus
mibi prorsus incompertae sunt. Sed quibus polleant viribus, nondum mihi compertum esse ingenue fateor. Bellerica & myrsinica
sic Gracis dicitur, Latinus verò Glans unguentaria: Mauritanijs, Habben, seu Ben: Italijs, Gbianda unguentaria: Hispanijs,
nisi, Avellana de la India, Tartago, & Muia.

Cccc 4

Lilac

Aquaria-
us.Chryso-
balanus.Behen al-
bum &
rubeum.Behen
hermo-
dactylum.

Nomina.

* BEHEN RUBRUM
Officinarum. *

ri habent, sed pallidiora & subcinerea: Chebuli seu Aretca, magni sunt, rotundi, oblongi, dum ad perfectam maturitatem pervenire, & angulosi, foliis perfici similibus. Figuras quarum Matthiolus meminit, cum ad manus essent, addere libuit non tam propter arbores, (quæ quàm veræ sint aliorum esto iudicium) quàm propter fructus tam recentes quàm exsiccatos rectè expressos, qua de re plenius suo loco. Addita etiam est figura ipsius Behen rubri Officinarum.

I. NARCISSUS. I.

Nάρκισσος. NARCISSUS.
CAP. CLX.

40

Orib.
conclusa
non leg.† Orib.
add. cū
mādicis xpi
in pēpēdē-
m. i. in
campis &
sabulosis.Narcissi
historia
ex Theo-
phrasto.

Narcissum [sunt qui ut lilium, lirium appellarint.] folia profert porro similia, [tenuia,] multò minora. & [angustiora:] caulis vacuus, & sine foliis, supra dodrantem attollitur, flos albus, intus croceus, in quibusdam purpureus: radix intus alba, rotunda, bulbosa: semen velut in tunica, nigrum, longum. Probatissimus nascitur in montibus, suavi odore: cæteri † porrum imitantur, atque herbaceum virus olent. Radix cocta, sive estur, sive bibitur, vomitoria est: ambusitis igni prodest cum exiguo melle trita, præcisos nervos illitu glutinat: luxatis malleolis, diuturnisque articulorum doloribus trita ex melle, & impolita subvenit. Vitia cutis in facie, vitilignesque cum semine urticæ, & aceto emaculat: cum eruo, & melle, ulcerum sordes expurgat: abscessus rumpit concoctioni repugnantes: infixæ corpori extrahit, illita cum lolii farina, & melle.

60

Narcissus, inquit Theophrastus libro 6. de historia plantarum, vel lirium (alii enim hoc, alii illo nomine vocant) folium albi, terra proximum gerit, sed longè latius, lilii modo. Habet caulem sine folio, herbaceum, florem suo ferentem cacumine, in membrana veluti vassculo inclusum, largè amplum, coloreq; nigrum, figura oblongum. Hic decidens sponte germinat, cæterum & qui legunt defigere eum solent. Quin & radicem serunt, quæ carnosa, rotunda, amplaq; constat. Serotinus admodum, post autumnum

II. NARCISSUS II.

III. NAR. CONSTANTINO-
politani III.

IV. NARCISSUS IV.

V. NARCISSUS. V.



arcturum enim, & circa æquinoctium floret. Hac Theophrasti de Narcisso sententia. Porro Plinius libro 21. capite 19. duo
Narcissi genera prodidit, quæ his verbis etiam depinxit: Narcissi duo genera in usu medici recipiunt. Unum purpureo flo-
re, alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium, alvos quoque solventem, nervis inimicum,
caput gravantem, & à narce narcissum dictum, non à fabuloso puero: hac Plinius. In quibus planè deprehenditur
à Dio.

VI. NARCISSUS VI.

VII. NARCISSUS VII.



VIII. NARCISSUS VIII.

IX. NARCISSUS IX.



à Dioscoride dissentire. quod neutrum Narcissi genus flore albo descripserit. quanquam idem Plinius cap. 5. ejusdem libri inter lili genera Narcissum connumerans. hunc flore candido constare tradidit. Veruntamen nulli ex hoc mirari licet, neque propterea Plinium damnandum esse censeo, quod sciamus complures esse Narcissorum species. ut ex imaginibus, quas hic excudi curavimus manifestè apparet. Haec autem cum ad vivum expressa sint, haud opera precii esse judicavimus. ut harum de-

rum delineationes describamus. Narcissi vires retulit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum sic inquit: Narcissi ^{Narcissi} radix usq; adeo exiccandi facultate pollet, ut & maxima vulnera conglutinet, vel ad incisiones usq; ^{vires ex} qua circa tendones ^{Gal.} accidunt. Habet verò quiddam absterforium, & attractorium. ^{Narcissi} Planta quæ Græcis νάρκισσος, Latinis item Narcissus ap- ^{Nemina} pellatur. Arabibus, Narces seu Nargies: Italis, Narcisso: Germanis, Weibblumen/Hornungsblumen/Zeitlosen.

- Narcissum à Narcisso adolescente nimium seipsum amante, qui in hunc florem mutatus fuit, dictum poetæ volunt: alii à visupefaciendi, seu ut Plinius, à narce, quam vim Narcisso inesse testatur libro 21. c. 10. quare Plutarchus 3. sympos. dictum censet, quasi nervos hebetans, & torpidas gravitates efficiens. Differentias vigintinovem in Phytopinace proposuimus: hic de differentiis à Matthiolo propositis tan-
 10 tum. I. Narcissus primus, Matth. Narcissus quartus Matthioli, Lugd. Narcissus nonus Matthioli, Tab. Narcissus niveus serotinus eidem. Narcissus mediocroceus serotinus polyanthos, Lobel. II. Narcissus secundus, Matth. Lugd. Narcissus decimus Matthioli, Taber. Censemus esse Leucoium bulbosum majus, quod Leuconarcissolirion pratense venum, Lob. Leucoium bulbosum polyanthemum, Dod. fol. Lugd. Cam. Leucoium bulbosum multiflorum, Tab. Leucoium bulbosum serotinum majus, Clus. hist. Pan. III. Narcissus Constantinopolitanus, Matthiolo in majoribus figuris, Tab. Narcissus octavus, Mat-
 20 thiolo in compendio: Narcissus tertius Constantinopolitanus Matthioli, Lugd. Exprimit scillam mino- rem, quam vocat Narcissum marinum, Dod. fol. Cæs. Hemerocallis, Gef. horr. Hemerocallis Valentina, Clus. hist. Hisp. Lob. Camer. Pancratium verum, Gef. hor. Pancratium, Cord. in Diosc. Lugd. Pan- cratium marinum, Lob. in iconibus. Liliū marinum album & luteum, Taber. IV. Narcissus quartus Matth. Lugd. Taber. nil aliud est quam Ornithogalum maximum: quod dicitur Ornithogalum majus, Dod. fol. Ornithogalum Arabicum, Clus. hist. Pann. Ornithogalum majus Italicum, Camer. Lilionar-
 30 cissus polyanthos, Lobel. Liliū Alexandrinum, eidem in iconibus, & Camerario. Quædam peregrina barbaro nomine Dulipan, Cæsalpino. V. Narcissus quintus, Matth. & Lugd. est Tulipa, cujus variæ sunt species, maxime colore floris differentes, quæ tamen ad tria prima genera reduci possunt: Præco- cius unum, serotinum alterum, & tertia dubia, quæ medio tempore florer, ita ut quadraginta septem species à Clusio recenseantur: vulgatissimi tamen sunt flavi, albi & purpurei. Hactenus Byzantio missæ, præcoces, Cæsa-
 40 læ: Serotinæ Cæsala- læ nomine, à locis unde primum Byzantium illatæ appellatione indita: Læ enim florem significat. Cæsala urbs est in Peninsula Gazaria dicta, quæ inter Propontidem & Euxinum pontum est. Tulipæ verò nomen à Pileo Dalmatico, vel amiculo capitis ab ipsis gestari solito, propter floris similitudinem, nomen habere dicitur. Et licet alii ad Anemonem, Limoniam Theophrasti, alii ad Crinorrhodon Plinii: alii ad Satyrium erythraicum referant, videtur tamen ad ^{νυκταγών} Theo-
 50 phrasti referenda. Dicitur Tulipa Turcarum, Gef. ad Cordum, cui & Anemone limonia & Liliū ruben- tis genus, Tulipa, Clus. hist. Hisp. Lon. Cast. Tulipa præcox rubra, Clus. hist. Panno. Tulipa major, Lug. Lilionarcissus purpureus, Lobel. VI. Leucoium bulbosum minus, C. B. Narcissus sextus, Matth. Lug. Narcissus octavus alter, Matth. Narcissus tertius alter, Eidem in Compendio: Narcissus secundus, Lac. Narcissus montanus & alter, Cæs. Leucoium bulbosum triphyllon, Dod. fol. Camer. Leucoium bulbo-
 60 sum præcox minus, Clus. hist. Panno. Leucoium bulbosum secundum, Tab. Leuconarcissolirion mini- mum, Lob. Leuconarcissolirion trifolium Camerario in Matthiolum. Ex radice parva bulbosa, multis albistunicis constante, externa nonnihil nigricante, & sessili parte tenuibus fibris donata, cauliculus palmaris, viridis, nudus & concavus, primo vere inter gemina folia oblonga, angusta, æruginoso colore exurgit, cujus summo flos unicus è vaginula prodiens pendulus, insidet, qui inodorus, lacteus, parvus, sex foliolis constans: quorum tria exteriora candida alarum modo se explicantia, tria verò interna du-
 plo breviora & angustiora, cordis formam referentia limbo viridi extremitatem ambiente, inter quæ staminula sex crocea cum stilo exili & candido: quibus succedunt capitula oblonga, semè oblongiuscu- lum & candidum continentia. Nascitur in pratis Italiæ, apud nos in hortis colitur, vocatur à Germanis ^{Εχνητροπffen} id est, nivea gutta, ab insigni candore. VII. Leucoium bulbosum vulgare, C. B. Narcissus
 70 septimus, Matth. Lugd. Narcissus martius, Brunf. Narcissus, Turn. Narcissus candidus, Cord. in Diosc. Narcissus aquaticus, Cæs. Viola alba Theophrasti, Trag. Fuch. Turn. Viola alba bulbosa, Lug. Leucoion Theophrasti, Dod. gal. Lonic. Leucoion bulbosum Theophrasti, Gef. hort. Thal. Leucoion bulbosum hexaphyllon, Dod. fol. Cam. Leucoium bulbosum præcox majus, Clus. hist. Panno. Leucoium bulbo-
 80 sum primum, Tab. Leuconarcissolirion paucioribus floribus, Lob. Leuconarcissolirion vulgare, Cam. ad Matthiolum. Germanis Weib. Hornungsblum/Werzenblum. Italis Latte di Gallina. VIII. Narcissus lu- teus, calyce prælongo, C. B. Narcissus octavus, Matth. Narcissus tertius primus, Matth. in Compendio, qui inter majores figuras, non habetur. Narcissus, Brunf. Lac. Lug. Narcissus luteus, Trag. Lon. Narcis- sus luteus syl. Dod. fol. Lug. Narcissus totus luteus montanus, Theophrasti, Lob. cui & bulbus Codion Theophr. Narcissus calyce prælongo anguloso, Cæs. Pseudonarcissus, Dod. gal. Clus. hist. Hisp. Pseudo-
 90 narcissus luteus, Tab. Codianum vel Codianinū flore Codii, i. e. Campanulæ, Gef. de hortis Germaniæ, Germanis, Gelb. Hornungsblum/Gelb. Josephyestab. Gallis, Coqueturde, Hispanis, Campanella. IX. Narcis- sus albus flore multiplici C. B. Narcissus octavus, Matth. in majoribus iconibus, & Lugd. Narcissus no-
 100 nus, Matth. in Compendio: in penultima editione omissus. Narcissus secundus, Camer. in Matth. Nar- cissus multiplex Dod. fol. Narcissus flore multiplici, Clus. hist. Hisp. Lugd. Narcissus albus polyanthos five Chalcedonicus, Lob. Narcissus polyanthos, Taber. Narcissus quartus, Lonic. Habetur flore albo, ex luteo pallente, & medio purpureo.

ἵπποφαές.

HIPPOPHAES.

CAP. CLVI.

Hippophaes, quo fullones vestes interpolant, in sabulosis, maritimisq; nascitur, surculaceo frutice, ^{αμευμ} undiq; denso, & a largo: foliis oleæ longioribus, mollioribusque: inter quæ candicantes spinæ <sup>αμφιλα-
φης. i. uae
diq; ana-
emi-
plo.</sup>

emicant, siccæ, angulosæ, interstitio quodam distantes: flores hederæ corymbis similes, racematim co-
hærent, minusculi tamen, & molles, candidi ex parte rubescens: radix lacteo succo madet, crassa, mol-
lis, amara gustanti: ex qua perinde ac thapsia, succus eximitur, qui per se, & cum erui farina subactus,
siccatur & ad usum reconditur. Syncerus pituitas, bilem, aquasq; deiecit, oboli pondere: erui verò farina
subactus, quatuor obolis, cum aqua mulsa. Frutex cum radicibus siccatus tunditur, & cum aqua mulsa
dimidia hemina tritus datur. Radice, & herba liquamentum depromitur, ut in thapsia: hujus in purga-
tionibus modus est drachma.

ἵπποφάστον.

HIPPOPHÆSTUM.

CAP. CLVII.

Hippophæston, id quod aliqui hippophaes appellant, nascitur eisdem locis, quibus hippophaes, estq;
spinæ fulloniæ genus, humilis herba, sine cauliculo, sine flore: inanibus tantum capitulis: foliis par-
vis, spinosis: radículas habens molles, crassas. Succus radice, foliis & capitulo exprimitur, & exiccatur.
Datus cui voles, tribus obolis in aqua mulsa, aquam pituitasq; detrahit: privatim comitialibus morbis,
nervorum vitis, & orthopnœæ convenit hujuscemodi purgatio.

Hippo-
phaes
confid.

Et si quandoq; mari: ima, & sabulosa adierim loca, ut Hippophaem, & Hippophæstum, ut pote plantas inibi nascentes
inquirerem, neutrum tamen hæcenus mihi licuit invenire. Caterum retulit nobis Hieronymus Amalthæus Opitergen-
sis medicus ingenio, & eruditione clarus, se olim Venetiis plantam accepisse à Joanne Baptista Zopisso Papiensi, clarissi-
mo medico, quæ non modo notis omnibus Dioscoridis Hippophaem referebat: sed etiam viribus, ut se experimento compe-
risse testatus est. Quare non prorsus desperandum est, quin & nobis, & aliis quoq; aliquando contingat Hippophaem con-
sequi. Non invenio, quod Galenus hippophaem, aut hippophæsti meminerit in suo simpl. medic. censu. Hippophaem tamen
mentionem fecit Paulus lib. 7. inter simplicia. Hippophæsti verò Plinius lib. 27. cap. 10. Illius nomen Græcum ἵπποφάστον La-
tinum quoq; Hippophaes. Hujus verò nomen Græcum ἵπποφάστον Latinum item Hippophæstum.

Nomina.

Κίντ, ῥιγιδάω.

RICINUS.

CAP. CLVIII.

Meum
grana
tria nu-
mero.
& Meum
& Cat.
tū
per se,
tum cum
aceto at-
qui aliud
exemp.
legit.
i-expolca

Ricini
confid.Cherva
major
offic.Ricini
vires ex
Mesue.Ricini
vires ex
Gal.

maturitatem senserit, impetu quodam facto excidit. Ricinus copiose feritur in hortis & in viridariis, in Aegypto sponte
nascitur ubi ex ejus semine plurimum olei exprimitur, cibis quidem sœdum (ut inquit Plinius) sed lucernis utile. Deiecit
alvum perinde ac balanus myrseus, tolliturq; ejus noxa ejusdem medicamentis. Quamobrem de eo sic loquitur Mesues:
Regium granum (hoc est ricini semen) pituitam tam per vomitum, quam per alvum extrahit, sed non sine assumentium
molestia. Siquidem stomachum vehementer subvertit: quinetiam bilem, & aquam inter cutem deiecit: & ea sanè omnia
excrementa purgat, quæ ad articularum compages defluunt. Tollitur noxa, ubi igne torrefactum sit prius & deinde ad-
misto fœniculi, & anisi semine. Ita enim paratum vomitiones minime molitur. Confert item colicis, & articularum dolori-
bus, nempe podagricis, & ischiadicis, si ex jure veteris galli decoctum hauriatur. Hydropicis verò decoquitur cum caprino
sero, aut emulso recentem lacte: maceratum oleum quod à semine elicitur, colicos cruciatus lenit infusum: tollitq; inun-
ctum cum scabiem, tum capitis ulcera sanat. Auxiliatur quoq; inflammationibus sedis, & conversis, ac praelusis fœminarum
locis. Inungitur utiliter indecoris cicatricibus & aurium doloribus. Ricini vires memoria prodidit Gal. lib. 7. simpl. med. sic
inquit: Ricini semen, quemadmodum expurgat, digerit, ac detergit: sic quoq; folium, sed unde quaq; debilius. Oleum
quod

quod ex semine conficitur, tum calidius, tum tenuiorum partium est, quàm oleum commune, ac proinde etiam discutit. Suspicor in Dioscoridis exemplari subesse mendam. Grana enim triginta seminis non sine periculo vita dari possunt. Quo sit Nomina. ut cum Oribasio legam tria Grana, non triginta. Planta quæ Græcis *νλν*, sive *νέτωρ*, Latini *Rictus* appellatur: *Arabibus*, *Cherua*: *Italis*, *Mirafsole* & *Girafsole*: *Germanis*, *Wunderbaum* und *Ereuebaum*: *Hispanis*, *Figuera delh inferno*: *Gallia*, *Pauline dieu*, *Palma Christi*.

Ricinus, Matth. Fuch. Turn. Dod. gal. (cui & Pentadactylon) & fol. Lac. Cord. in Diosc. & hist. Anguil. Lon. Cast. Lob. (cui & Cerva major & Granum regium Mesues) Lugd. Cæsal. (& Girasole) Tab. Cam. Ricinus vulgo, Trago, cui & Palma Christi, & Phaselus Romanus Thufcis, Marcello Virgilio. Cici, Ges. hort. Cataputia major, Ericio Cordo in suo Botanologico.

Τιβέταλοι.

TITHYMALI.

CAP. CLIX.

Tithymali genera septem, quorum masculus characias appellatur, ab aliquibus amygdaloides: alter myrtites, qui femina exilitatur, eumq; myrsinitem, aut caryitem vocant: tertius paralios, quem tithymalida appellant: alius helioscopius: quintus cyparissias: sextus dendroides: septimus platyphyllos dicitur. Characiae caules supra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, lacteo succo, atque acrimadentes: foliis oleæ circum ramos, angustioribus, & longioribus: radice crassa, lignosa: a pender in cacuminibus caulium coma junci, sub qua caveolæ foliolis balnearum similes, in quibus semen continetur: nascitur in asperis, & montibus. Succus alvum purgat, trahit pituitam, bilem q; binis obolis in posca sumptis, & cum aqua mulsa vomitiones movet. Appetente vindemiarum tempore, succus, congestis ramulis mox dissectis, & vase conclusis, excipitur. Aliqui adjiciunt farinam erui, & in pastillos digerunt, qui erui magnitudinem impleant. Alii in aridas ficos ternas quaternasve guttas instillant, ut cum his inarescant, quas ad usum recondunt. Per se etiam tuſus in pila, & in pastillos coactus reponitur. Porro cum extrahitur lac, neq; quod ventus aspiret, stare quenquam, neq; manus oculis ad movere convenit, sed antequam colligas, corpus, præsertim faciem, collum scrotumq; genitalis, adipe, aut oleo cum vino perungere. Fauces autem exasperat: quapropter catapotia cera, aut decocto melle oblino par est, & hoc modo dari: binas tamen ternasve ficos purgationis gratia sumpsisse, satis est. Recens lac ex oleo, perunctos in sole capillos evellit, renascentesq; flavos, & exiles efficit, deniq; omnes perimit: dentium cavernas in sole capillos evellit, renascentesq; flavos, & exiles efficit, deniq; omnes perimit: dentium cavernis inclusum, levat dolores: sed æra dentes oblinendi ne suo delapsu fauces, & linguam vitiet. Tollit illictu impetigines, formicantes verrucas, pensiles, & qui thymi florem repræsentant: valet adversus pretrygia, carbunculos, phagedænas ulcerum, gangrænas, fistulasq;. Legitur semen autumnò, & siccatum sole leviter tunditur, serve statimq; loco mundo reponitur. Folia item siccantur. Semen, & folia lacte succi effectum præbent, dimidio acetabulo pota. Sunt qui inveterant, admisto cum lacte lepidio, & castoreo contuso. Radix drachmæ pondere in hydromelite pota, per inferna trahit: decocta cum aceto, denti-um dolori auxiliatur, colluto ore. Femina, quam myrsinitem, aut caryitem vocant, similis suapte naturæ daphnoidi: foliis myrti, sed majoribus, firmis, in cacumine acutis, & pungentibus: ramulos ab radicemitto dodrantales: fructum fert alternis annis, & nuci similem, mordaci gustu: nascitur in asperis. Succus, radix, semen, folia, confimilem antedicto fortiuntur facultatem: sed ad citandas vomitiones validior hæc est. Aliud tithymali genus dicitur paralios, quem tithymalida, aut mecona aliqui appellant. Nascitur in maritimis, ramis subrubentibus, palmum altis & quinis senisve à radice exeuntibus: foliis lini, angustis, parvis, oblongis, in versus quosdam digestis: capite in cacumine orbiculato sin quo semen, ut ervum, vario colore emicat: flos albus. Frutex torus cum radice, lacteo succo turget. Simile ad usum reconditur. Helioscopius dicitur, foliis portulacæ, tenuioribus, rotundioribusq;: ramulis prodeuntibus à radice, quatuor aut quinque, rubentibus, dodrantali altitudine, tenuibus, lactis copiosi plenis: capite anethi: semine velut in capitulis incluso. Helioscopii nomen accepit, quoniam comas cum sole circumagat: circa oppida nascitur, potissimum in rudibus. Colligitur succus, semenq;, ut aliorum Eadem, quæ superioribus vires, non tamen usque adeo validæ. Cyparissias in caulem exit dodrantalem, vel majorem, subrubrum: ex quo folia pini similitudine exoriuntur, molliora tamen, & tenuiora: & in totum nascentem pinum æmulatur, unde nomen traxit. Candido succo madet, cui eadem vis, quæ superioribus. In petris nascens dendroides cognominatur: ampliter opacar, in cacumine frondosa spargens comam, succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus, foliis myrti tenuioris, fructu characia. Ejusdem effectus, cujus superiores, simili que modo reconditur. Platyphyllos verbasco similis est. Radix, succus, & folia per inferna trahunt aquas. Pisces necat, rursus, & aquæ inspersus. Reliqua tithymalorum genera, quæ supra scribuntur, idem efficiunt.

[illegible]

Tithymalorum omne genus officina Eſulam indiſſerenter appellant. quanquam plura ſunt tithymali genera, quorum Tithymalorum hiſtoriam ſatis conſuſe Mauritani tradiderunt: quo ſit, ut apud hos non ſine magno labore tithymalorum genera recte, & diſtincte cognosci poſint: qua tamen Graecis ordine pulcherrimo deſcripta inveniuntur. Ob id igitur mihi quidem difficile videtur decernere quae Tithymali genera ex ijs, quae à Graecis repraeſentantur, ea duo ſint, quae à Meſue, & Avicenna Scebram, & Alſebram nominantur: quoniam horum neuter, quod extet, earum plantarum faciem noſtis explicavit. Credidit Braſavolus illud eſſe Meſui alſebram minus, & Avicenna ſcebram, quod Dioſcoridi Paralius. Sed equidem ab eo diſſentio, quod nuſquam in horum monumentis legerim, Alſebram minus in maritimis naſci: quin nec ramos ferre ſubrubentes, nec lini folia, nec ſemen eruo ſimile, capitulis concluſum: ſed tantum repererim memoria prodidiſſe Meſuem, Alſebram eſſe plantam lacteo ſucco reſertam, radicibus tenuibus, quarum ha praefertuntur, quae ſubrubeant. Avicenna verò Scebram naſci ait in hortis, non autem in maritimis, caule tenui, hirsuto ſolis tarco ſimilibus. Quae ſane omnia Braſavoli ſententia aperte refragari deprehenduntur. Nec poſſum praeſtere cum eodem ſentire, quod Alſebram majus apud Meſuem, & Mebezeberegi apud Avicennam idem ſunt Mauritani, quod Graecis Tithymalus platyphyllos, quandoquidem in eorū ſcriptis

D d d d
nuſquam

Tithy-
maiorū
confid,

Bravopoli opinio
explosa.
Aliebra,
Seebra.

I. TITHYMALUS CHARACIAS.

II. TITHYM. MYRSINITES.



III. TITHYMALUS PARALIIUS.



IV. TITHYM. HELIOSCOPUS.



nusquam reperi majoris generis Alsebram folia hederae verbasco similia. nec quod tusum. & aqua inspersum pisces interficiat. sed quod rectius (ut inquit Avicenna) ejus folia minori Scebram sint similia. Porro si mihi hac in re conjectandum esset. putarem equidem nil aliud Mauritanis esse minoris generis alsebram. sive Scebram. quam plantam illam qua officina Esula minor vocatur. quod (ut inquit Avicenna) in hortis. & ubiq. proveniat. Hac autem nisi fallor. ea est. quam vocat Dio-

V. TITHYMALUS CYPARIS-
sifias.VI. TITHYMALUS DEN-
droides.VII. TITHYMALUS LE-
prophyllus.

cat Dioscorides Tithymalum cyparissifiam: quippe qua pinum
arborem nuper natam solis prorsus imitetur. Quinetiam cen- Alsebra
ferem Alsebram majus, sive Mehezeregi eam omnino esse
plantam, quae Graecis dicitur Pityusa, utpote qua tithymalo
cyparissifiae solus sit similis, quamvis magnitudine excellat:
non enim desunt, qui inter tithymalorum genera etiam pity-
usam recenseant. Proinde non ab re dicebat Avicenna, Me-
hezeregi esse simile Scebram, sed majus, & colore subcine-
ritio. Mesues vero quod radicibus esset rotundis, crassis, crasso-
que cortice obductis, ponderosisque: quae fere omnia radici Pi-
tyusae reddidit Dioscorides. Accedit huius Serapionis auctoritas,
qui de Scebram agens, ea omnia ex Dioscoride illi tribuit, quae
pityusa idem Dioscorides assignavit. Ex his itaque, perspicuum
fieri arbitror, Pityusam Mauritani Scebram majus appellari:
minus vero id, quod Graecis Tithymalus cyparissifias dicitur. Tithy.
Ceterum Characiam vocatum, postquam multum laboris in
eo indagando frustra impendissem, hoc anno misit ad me Pisis
clarissimus medicus Lucas Ghinus Forocorneliensis: qui, meo
quidem iudicio, omnibus prorsus notis legitimo respondet.
Myrsinitem quoque, hoc tantum anno reperimus, solius circa Myrsini-
cantem totum crassis, acutis, myrto similibus. Paralium ve-
ro in maritimis tantum nascens, quem vulgaris usus tithyma-
lam putat Brasavolus, in maritimis nostris Senensibus, Argen-
tario promontorio. & in universo illius regionis tractu, item
in Aquileiensi agro frequentissimus invenitur. Huic folio
similis visitur quadam alia planta, quae in Hetruria vulgo
appellatur Herba mora. Cujus radicibus prius contusis ac
deinde fluminibus demersis, pisces protinus enecantur. Sed ca-
ret hac lacteo succo, quapropter, eam inter tithymalorum ge-
nera jam non esse adnumerandam cognoscimus, etsi alias ali-
ter sensimus, quod, alii notis neglectis, lini folia viderentur,
& caules subrubentes. Si haec defuerit, Platyphylli radices su-
munt, quo universa regio scatet. Porro Helioscopius, sic dictus, quod cum sole comam circumagat, omnibus vulgaris no-
titia planta est. Provenit enim haec passim prope urbium, & oppidorum mania, in campis, incultis, hortis, collibus, & ubique
tam cultro quam inculto solo. Cyparissifiae deinde (ut supra diximus) ea est planta, quam Esulam minorem vocant, cujus
pro omni Tithymalo invaluit usus. Mibi profecto mirum videtur, quod Dioscorides hoc tithymali genus non ap-
pellaverit,

PITYUSA.

PITYUSA.

CAP. CLX.

Pityusam specie à cyparissia differre constat, etsi tithymalorum generi assignetur. Caulis supra cubiti altitudinem assurgit, geniculatus: foliis apicea, acutis, exilibus: flore parvo, velut purpureo: semine instar lenticulæ lato: radice crassa, candida, succo referta: quibusdam in locis frutex hic prægrandis invenitur. Detrahit per alvum radix drachmis duabus data in aqua mulsa: item seminis drachma: succi cum farina subacti cochlearium in catapotio datur: modus foliorum drachmæ tres.

PITYUSA.



Pityusa, ut latius precedenti capite retulimus, ea nimirum fuerit planta, quam officina Esulam majorem nominant. Hujus radices herbarij, qui quotannis à Gargano Apuliae monte succos, & alias radices ad nos comportant, magna impostura pro Turpeto venditant, quemadmodum & Thapsia radices pro eodem subjiciunt, ut superius in tripoli mentione diximus. Quod cum sua etate non ignorasset Actuarius, album turpetum Altyia esse radicem prodidit, nigrum verò Pityusa. Nec his obstat, quod dixerit Dioscorides, Pityusa radicem subesse candidam: nam is de interiore substantia tantum intellexit, non autem de exteriori corticis membranula, quæ viridis rufescit, siccata nigrescit. Porro quod Esula major sit Mauritania alsebram, vel sebram, satis liquidò ex Serapione colligi potest, utpote qui integrum de Pityusa caput ex Dioscoride sumpsit, & in suum Scebram reposuit. Quo fit, ut planè falli putem Brasavolum, quippe qui certò sibi persuadeat, Alsebram majus Mauritania esse tithymalum platyphyllon. Nicolaus Myrepsicus quibusdam in antidotis, & catapotis alvum solventibus Esulam imponit cognomine chamapityn. Unde Fuchsius in suis doctissimis adnotationibus, nil aliud esulam Nicolao referre scribit, quam Chamapityn, non autem tithymali speciem. Quæ in re Fuchsii opinio (pace ejus dixerim) mihi non planè satisfacit. Nam cum plura sint tithymalorum genera, quæ in universum Esula nomine appellantur, de ea tantum intellexisse Nicolaum existimo, quam Dioscorides à foliorum forma Pityusam vocat, eo quod pini, vel piceæ arboris folio constet: quæ ob id esula chamapityns differentia causa Nicolao appellata est. Parvam enim pinum pityusa repræsentat: quare non ab re esula quoque chamapityns cognominari potuit. Pityusa in Italia passim sere provenit, facie minoris esula, sed longè in omnibus major, adeo ut quibusdam in regionibus, ut in Apulia, arbusci speciem referat. Visitur copiosa in

Veronensi agro, ea immensa planitie, per quam ad Benacum transitur. Sed quod aridissimum ibi sit solum, non admodum adolescit. Hac (ut Mesues est author) agrestium hominum medicamentum est: multa enim sumentibus adfert incommoda, proinde ejus usus apud medicos peritos prorsus exolevit, quemadmodum & turpeti ex hujusce radicibus parati, postquam detecta est impostorum fraus: etsi non desunt improbi pharmacopole, qui Pityusæ radices legitimi Turpeti vice suis inserant medicamentis: sintque etiam circumforanei, qui harum radicum pulvere plures jugulent rusticos, quam sanent. Adscribunt quidam Pitynam tithymalorum generibus, quoniam & ipsa similiter lacteo succo madaat, purgetque eorum modo. Id quod Galenus aperte testatur lib. 8. simpl. med. dum sic inquit. Pityusa, & hanc quidam speciem putant esse tithymali, quod succum habeat ut illi, quodque similiter illi purget, ceteraque omnia viribus illis est adsimilis. Ea Græcè Pityusæ ma. ex Gal. Latine item Pityusa vocatur: Arabicè, Scebram, & Pithas: Officinis, Esula major: Italis, Pityusa, & Esula maggiore. Gallis, Turbit noir.

Pityusa, Matthiolo, Lac. Castor. Lugd. (cui & Esula major) Lonicero, cui & Turbith nigrum.

LATHYRIS.

LATHYRIS.

CAP. CLXI.

Lathyris, quam aliqui tithymalum appellant, eamque tithymalorum numero adscribunt: caulem Lemittit cubiti altitudine, & digitali crassitudine, inanem: gignuntur in cacumine aleæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læviora: quæ autem in summis ramulis exierunt, minora conspiciuntur, aristolochiæ, aut oblongæ hederæ figura. In cacumine fructum summis furculis gerit, triplici loculamento insignem, rotundum, ceu capparin, in quo grana, intercurrentibus membranis, inter se distincta continentur, eruis majora, rotunda: quæ dum corticibus exuuntur, candida sunt, & gustu dulcia. Nullus radicis usus: totus frutex lacteo succo turgit, uti tithymalus. Grana sex, aut septem in catapotio, aut cum ficiis, aut palmulis devorata alvum purgant: sed aqua frigida postea forbenda, trahunt autem bilem, piritum, & aquas. Succus, tithymali modo exceptus, eundem effectum præbet. Cum gallinaceo, aut oleribus folia decoquuntur ad eodem effectus.

Lathyrin officina Cataputiam appellant. Planta est vulgaris notitia. Hac in Hetruria frequentissima nascitur passim in hortis, & secus itinera exoluta solo. Apud Insabres, quod alvum valenter evacuet, vomitionesque eliciat, cacapuzza vulgò nominatur. Isdem pollet facultatibus, quibus & ricinus: isdem quoque medicamentis infanatur. Hujus plantæ meminit Actuarius in suo lib. de compositione medicamentorum, ubi ita scribit. Lathyrus vehementer piritum purgat. Dantur vires ex Actuario

D d d 3

grana